



Clypevs Theologiæ Thomisticæ

Continens Tractatus de attributis, de visione Beatifica, de scientia Dei, ac
de ejus voluntate, & Providentia

Gonet, Jean-Baptiste

Parisiis, 1669

§. IX. Præcipuum Adversariorum fundamentum convellitur,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77232](#)

sæpè relato, ubi inquit: *Actus malus, in quantum est actus, non egreditur à potentia activa, perfecta secundum naturam, nisi secundum quod illa moveatur à causa prima.*

^{205.} Minor autem subsumpta, quæ asserit actus peccatorum, ut sunt motus quidam physici & vitales, per solum concursum simultaneum non posse procedere à Deo ut primo movente, facile suadetur. Primo ex D. Thoma 3, contra Gent. cap. 14.9. ubi ait: *Motio moventis procedit motum mobilis, ratione, & causâ, id est prioritate rationis & causalitatis: Sed concursus simultaneus, prioritate causalitatis & naturæ motum liberi arbitrii non antecedit: alioquin, ut suprà dicebamus, talis concursus non esset simultaneus, sed prævius: Ergo talis concursus non est Dei moventis motio, nec per illum Deus movet voluntatem ad operandum, sed simul cum illa in eundem actum influit.*

Secundò probatur eadem Minor principalis: *Quando duæ cause partiales in eundem effectum simul influunt, una non dicitur aliama movere ad agendum: v. g. quando duo equi trahunt eundem currum, unius non dicitur alium movere, sed potius uterque simul movere & trahit currum: Ergo quatidio Deus simul concurrit cum creaturis ad operandum, per talem concursum illas non movere, nec applicat ad agendum; sed solum simul cum illis in eandem actionem & effectum influit.*

Terziò eadem Minor suadetur: *Moveri est mutari, cùm omnis motus essentialiter sit mutatione: Sed per concursum simultaneum Deus non immutat causas secundas, quia non agit in illas, sed cum illis; nec illis aliquid communicat, sed solum effectui ab illis producto: Ergo per talem concursum illas non movere. De quo fusiūs in*

Tractatu de actibus humanis.

Disp. 6.

art. 2.

§. IX.

Precipuum Adversariorum fundamentum convellitur.

^{206.} **P**robari etiam potest nostra conclusio, destruendo præcipuum fundamentum Adversariorum. Nam si Deus non præmovere ad materiale peccati, maximè quia consequenter deberet præmovere ad formale, propter indissolubilem connexionem quam formale habet cum materiali, in quibusdam saltem peccatis, v. g. in odio Dei: Sed hæc ratio nulla est: Ergo &c. Major est præcipuum Adversariorum fundamentum, Minor autem probat primò; quia, ut infra ex Augustino ostendimus, eadem argumtatione utebatur olim Julianus, ut probaret non esse peccatum originale in parvulis.

^{207.} Secundò, quia D. Thomas articulo suprà relato, fundamentum illud convellit, & penitus destruit. Nam sibi hoc argumentum objicit: *Rei non assignatur causa efficiens, secundum quod est in intellectu, sed secundum quod est in re: sed quidam actus sunt in quibus non potest separari illud quod est de natura actus à deformitate, nisi secundum intellectum, quia bene fieri non possunt: ergo non causantur nisi secundum quod sunt sub illa deformitate &c.* Cui argumento sic responderet: *Ad quintum dicendum, quod sicut actio quæ peccati deformitatem habet, dicitur bona, in quantum est actio, bonitate nature: non propterea quod aliquando inventatur separata à deformitate, sed quia bonitas naturalis deformitati substat. Ita*

A etiam Deus dicitur causa illius actionis, in quantum est actio, & non in quantum est deformis: hoc modo quod actionem non facit à deformitate separatam, sed quia in actione deformitati conjuncta, hoc quod est actionis facit, & quod deformitatis non facit. Etsi enim in aliquo effectu plura inseparabiliter sint conjuncta, non oportet ut quod est causa ejus quantum ad unum, sit etiam causa ejus quantum ad alterum. Sicut natura est causa oculi, quantum ad substantiam ejus, & non quantum ad defectum cœpitatis, qui ex nature defectu accidit.

Tertiò probatur eadem Minor principalis: *Vis operativa, aut actus, non extendit ad illud*

B omne quod connectitur aut identificatur cum suo objecto, nisi continetur intra sphæram activitatis, aut latitudinem objecti adæquati ipsius; ut patet in intellectu, qui ita attingi verum, quod non attingit bonum, quoniam identificatum cum vero, quia bonum non est objectum intellectus: Sed deformitas peccati non continetur intra latitudinem, sive sphæram activitatis divinitæ omnipotentie, & causalitatis ejus, ut suprà ostendimus: Ergo ex eo quod Deus per motionem præviā & physicam prædeterminationem, causet materiale peccati, cum quo connectitur formale, non sequitur quod causet etiam ipsum formale, & quod ejus motio ad malitiam & deformitatem se extenda.

Quarto eadem Minor suadet potest tribus exemplis aptissimis, quæ in Tractatu de scientia Dei adduximus. Primum est animæ moventis & applicantis tibiam curvam ad motum progressivum. Secundum, scribæ applicantis manum pueri ad scribendum. Terrium, Sacerdotis consecrantis hostiam ad conficiendum sortilegium, quæ ibidem videri possunt.

Denique probatur Minor principalis, dupliciti argumento ad hominem. Primum sumitur ex doctrina novorum Casuistarum afferentium, famulum qui submissis humeris scienter adjuvare herum suum ascendentem per fenestræ ad fluoradam virginem, & multoies eidem inservit, deferendo scalam, aperiendo jeniam, aut quid simile operando, non peccare mortaliter, si id faciat metu notabilis derimenti: prius ne à domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciantur, ne domo expellatur. Ita docent Castro Palao, Merula, Hurtado, & alij apud Dianam, quibus novissime subscripti Tamburinus lib. 5. in Decalogum. Ex hac ergo novorum Casuistarum doctrina potest desumti argumentum ad hominem contra Adversarios: si enim famulus, qui est causa secunda & particularis, potest physicè influere & cooperari ad actus intrinsecè malos, quales sunt fornicatio, & adulterium, absque eo quod ejus causalitas seu influxus ad eorum malitiam & deformitatem se extendat: quantò magis Deus, qui est causa prima, & motor ac provisor generalis, poterit absque præjudicio sua sanctitatis, motione, & efficientia physicæ, substantiam & entitatem actionis male attingere, absque eo quod ejus motio seu influxus se extendat ad malitiam & deformitatem illius: præserint etsi concursus causa prima sit universalissimus, & præcisus, quod non habet concursus causa secunda, ut infra declarabimus; & Deus in tali motione & concursu obeat munus universalis provisoris, subministrantis causis secundis media necessaria ad agendum; & famulus in prædicto ministerio se habeat ut provisor particularis, nec media

209.

Disp. 6.

art. 6.

§. 3.

E cap. 5. n. 4. 15. *desumti argumentum ad hominem contra Adversarios: si enim famulus, qui est causa secunda & particularis, potest physicè influere & cooperari ad actus intrinsecè malos, quales sunt fornicatio, & adulterium, absque eo quod ejus causalitas seu influxus ad eorum malitiam & deformitatem se extendat: quantò magis Deus, qui est causa prima, & motor ac provisor generalis, poterit absque præjudicio sua sanctitatis, motione, & efficientia physicæ, substantiam & entitatem actionis male attingere, absque eo quod ejus motio seu influxus se extendat ad malitiam & deformitatem illius: præserint etsi concursus causa prima sit universalissimus, & præcisus, quod non habet concursus causa secunda, ut infra declarabimus; & Deus in tali motione & concursu obeat munus universalis provisoris, subministrantis causis secundis media necessaria ad agendum; & famulus in prædicto ministerio se habeat ut provisor particularis, nec media*

XXX

Tom. I.

necessaria, sed utilia solum & commoda, hero peccanti, & fornicationem aut adulterium perpetranti, suppeditat.

211.

Secundum argumentum ad hominem sumitur ex alia doctrina Adversariorum, quā docent communiter contra Durandum, Deum ad actus malos & peccaminos, simul cum voluntate creatu concurrens. Si enim propter connexionem malitiae cum entitate & substantia actus, Deus non possit prædeterminare ad unam, quin etiam prædeterminet ad alteram; non poterit etiam simultaneè concurrens ad unam, quin etiam concurrat ad alteram; Sed hoc non admittunt Adversarij: Ergo præcipuum illorum fundamentum corruit. Sequela Majoris probatur: Multò magis conneccitur malitia & deformitas peccati cum concursu simultaneo, quācum concursu prævio; nam cum primo conjungitur proximè & immediatè, cum secundo verò mediata tantum & remotè; concursus enim simultaneus est ipse actus voluntatis, prout est à Deo simul operante, cum quo actu immediatè conjungitur ipsa malitia peccati: concursus verò prævius non identificatur cum actione voluntatis, sed est quid præviū ad illam; unde non conjungitur cum malitia & deformitate peccati, nisi mediante actu voluntatis: Ergo si propter connexionem quā est inter substantiam & entitatem actus mali, & ejus malitiam & deformitatem, Deus non potest per concursum præviū applicare voluntatem ad actum malum, quatenus est ens, & actus physicus & vitalis, nisi etiam eam applicet & determinet ad illum, quatenus est malus & deformis: à fortiori non poterit cooperari, & simul concurrens cum illa, ad substantiam & entitatem actus mali, nisi etiam simul concurrat ad malitiam, & deformitatem illius.

212.

Confirmatur: Ille non minus peccat, nec minus est causa peccati, qui cooperatur alteri male agenti, quā qui eum movet & invitat ad peccandum: ut enim dicit Apostolus ad Roman. 1. *Qui talia agunt, digni sunt morte, & non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentient facientibus:* Ergo si repugnat divina sanctitati & bonitati, movere & applicare voluntatem ad materiale peccati, & ad substantiam & entitatem actus mali; repugnabit etiam, quod simul cum ea concurrat ad eundem actum eliciendum: quia sicut in primo casu est anchora & causa peccati, ut dicunt Adversarij, ita in secundo, est illius adjutor & cooperator.

213.

Respondent hoc interesse discrimen inter concursum præviū & simultaneum, quod primus non est indifferens, sed determinans voluntatem, quantum ad speciem actus: secundus verò est indifferens, & determinabilis à voluntate, quantum ad speciem, eamque determinans solum quantum ad individuum.

214.

Sed contra: In primis concursus ille indifferens quem in Deo fingunt Adversarij, imaginationi quidem speciosus est, rationi autem, & Theologiae valde inuisus. Ut enim suprà ostendimus, talis concursus tollit à Deo rationem primæ cause, respectu liberæ determinationis nostra voluntatis, facit divinam voluntatem pedissequam voluntatis humanæ, & ejus providentiam imperfectam, & à creaturis dependentem; pluresque alias congerit & accumulat difficultates, quæ acriter mordent & pungunt Adversarios, & à quibus vix se expedire possunt.

Disp. 5.
art. 3.

A Secundò, Dato quod concursus Dei in actu primo consideratus, id est decretum concurrendi cum causis liberis, sit indifferens, & Deus indifferenti modo illis offerat suum concursum: concursus tamen actualis & exercitus, quo de facto simul influit cum voluntate creatu ad actum odij v. g. non potest esse indifferens, cūm intimè in illo actu imbibatur, & cum eo identificetur. Quero igitur, an talis concursus actualis & exercitus, attingat solum entitatem & substantiam illius actus intrinsecè mali, vel mediā voluntatis determinatione, ad ejus etiam malitiam & deformitatem se extendat? Si primum dicatur, sequitur quod etiam concursus prævius quem in Deo

B admittimus, à fortiori poterit præscindere à malitia & deformitate ejusdem actus, & solum ejus substantiam & entitatem attingere: quia, ut suprà dicebamus, concursus prævius, cūm realiter distinguitur ab actione creature, & illam prioritate saltem naturæ antecedat, magis distat à malitia & deformitate illi annexa, quam concursus simultaneus, qui cum tali actione identificatur, & in ea intimè imbibitur. Si verò secundum affirmetur, sequitur concursum Dei æqualiter ad bonum & ad malum se extendere, & absque ullo discrimine effectivo, quidquid sit de affectivo, utrumq[ue] causare, & ad utrumque mediā voluntatis determinatione transire: quod repugnat divinae sanctitati, & definitioni Tridentini sess. 6. can. 6. ubi anathema dicitur ei qui dixerit, mala opera ita ut bona, Deum operari.

C Respondent quidam Recentiores, concursum Dei actualē & exercitū, non solum attinere substantiam & entitatem actuum bonorum & malorum, sed etiam ad illorum bonitatem & malitiam, mediā voluntatis determinatione transire, & utramque de facto causare: cūm hoc tamen discrimine, quod ad actus bonos excitat & invitat, per præceptum, consilium, inspirationem &c. ad malos verò & peccaminos, concurrit invitus & coactus, & veluti trahit à voluntate creatu; ne scilicet desit muneri causa primæ, & lacerat jura libertatis humanae: juxta illud Isaiae 33. *Servire me fecisti in iniquitatibus tuis.*

D Sed hæc responsio & doctrina efficaciter impugnari potest. Primo quia, ut suprà ostendimus, Deus non potest causare nisi id quod est ordinabile in ipsum ut ultimum finem, cūm ratio primi principij & ultimi finis, inter se convertantur: Sed malitia & deformitas peccati, non est in Deum, ut in ultimum finem ordinabilis, sed potius est recessus & deviatio ab illo ut fine ultimo: Ergo Deus non potest per concursum simultaneum, etiam invitus & coactus, in illum influere.

E Secundò absurdum & impium videtur dicere, Deum, cūm videt causam secundam in malum labi, lapsum ejus sequi, & influxu suo eam adjuvare, & veluti ab illa trahi in societatem flagitij. Cūm enim Deus sit infinitè justus & sanctus, nullo modo potest trahi à creatura ad cooperandum ad malum, quā tale est. Unde quando dicitur Isaiae 33. *Servire me fecisti in iniquitatibus tuis:* vel hoc debet intelligi ad litteram de Christo, qui formam servi in Incarnatione suscipiens, cūm sceleratis reputatus est, & ipse multorum peccata tulit, ut dicit idem Propheta cap. 53. Vel si intelligatur de concursu Dei, debet explicari concursu ad materiale peccati, quem Deus

in ratione prime cause, & universalis provisoris, tenetur exhibere homini peccanti, ne ladarjura libertatis creata.

219. Tertiò confutari potest principalis responsio, argumento ad hominem, quod suprà insinuamus, de cetera indifferentia impugnando.
Disp. s. arr. 3. §. 1. Nam licet secundum principia Adversariorum, concursus quo Deus cum causis liberis operatur, sit indifferens, & à voluntate creatuæ ad speciem actus determinatur, illam tamen determinat ad individuum. Unde cùm in actu malo & peccaminoso, secundum rationem individualis considerato, reperiatur aliqua specialis malitia & deformitas, quæ non includitur in ratione specifica illius; ea scilicet quæ perit ex intentione graduali, vel ex circumstantijs intra eandem speciem aggravantibus: queritur an Deus per suum concursum, quo voluntatem determinat ad talen actum in individuo elicendum, eam etiam determinet ad illam specialem malitiam & deformitatem quæ illi repetitur annexa, & quæ non convenit ei secundum suam rationem specificam, vel non? Si primum dicatur, sequitur Deum esse authorem alicuius specialis malitiae, quæ reperiatur in actu malo, secundum suam rationem individualis considerato: quod divinæ sanctitati & bonitati repugnat. Si secundum affirmetur: cur similiter Deus non poterit per concursum præsumum determinare voluntatem ad speciem actus, in esse physico & naturali consideratam, & ad ejus entitatem & substantiam, absque eo quod illam moveat & determinet ad malitiam, & deformitatem, illi ex defectibilitate creaturem annexam? Et si in ratione individuali possit præscindere entitas actus à malitia: cur eriam in ratione specifica, non poterit fieri eadem præcilio?

§. X.

Solvuntur objectiones.

220. Objecit primò: D. Augustinus libro 2. de lib. arbit. cap. 10. differens de origine mali, & questionem quæ nunc discutitur, an scilicet Deus moveat voluntatem ad actus malos? D petractans, sic discurrevit: Sed tu fortasse, quæsturus es, quoniam moveatur voluntas cùm se avertit ab incommutabili bono ad mutabile bonum, unde ei iste motus existat, qui profectus malus est, tametsi voluntas libera, quia sine illa nec rectè vivi potest, in bonis numeranda sit? Si enim motus iste, id est aversus voluntatis à Domino Deo, sine dubitatione peccatum est, num possimus authorem peccati Deum dicere? Non erit ergo iste motus ex Deo: unde igitur erit? Et quibusdam interjectis: ad quæstionem sic responderet. Omne bonum ex Deo: nulla ergo natura est, quæ non sit ex Deo: motus ergo ille aversus, quem fatetur est peccatum, quoniam defectivus motus est, omnis autem defectus ex nihilo est: vide quod perireat, & ad Deum non pertinere ne dubites. Sic enim legi debet hic Augustini locus, non vero ut habetur in editione Erasmi, à Lovaniensibus emendata; Et ad Deum pertinere non dubites.

221. Respondeo Augustinum ibi manifestè loqui de motu aversionis, ut defectivus est, & regulis morum disformis; sub qua ratione, non est à Deo ut à prima causa efficiente, sed à voluntate creatuæ ut à prima causa deficiente: non negat tamen, sed potius ibidem clarè insinuat, motum illum voluntatis, ut physicus est & vitalis, à Deo ut primo
Tom. I.

A movente & primo vivente procedere: nam ibidem ait, quod omne bonum ex Deo est, & quod nulla natura est, qua non sit ab illo.

Obiiciunt secundò Adversarij plura Concilium, & SS. Patrum testimonia, quæ videntur militare contra nostram sententiam. Nam Concilium Araucanum can. 25. anathema dicit in eos qui dicebant aliquos esse ad malum prædestinatos à Deo. Et D. Prosper air, *Non esse Catolicum dicere, quod qui non credunt Evangelice predicationi, ex Dei prædestinatione, & constitutione non credant.* Item Augustinus in libro de articulis sibi falso impositis, art. 10. *Detectanda & abominanda (inquit) opinio est, qua Deum cujusque male voluntatis, aut male actionis creditur auctorem: cuius prædestinatione nunquam extra bonitatem, nimirum extra justitiam est, universa enim via Domini misericordia & veritas. Adulteria enim matronarum, & corruptelas Virginum, non instituere novit sancta divinitas, sed damnare; nec disponere, sed punire.* Et D. Prosper ejus discipulus, in resp. ad objectiones Vincentianas, hæc scribit: *Sicut Deus non indidit malo Angelo illum voluntatem quæ in veritate non stetit, ita nec hominibus illum affectum quo diabolum imitarentur inseruit.*

Respondeo Concilia & Sanctos Patres, in his & similibus locis, loqui de peccatis absolute & simpliciter, & prout sunt in genere vel specie mali moralis, & secundum tortum illud quod tam de formalis quam de materiali important. Vel loquantur de materiali peccati formaliter considerato, & prout reduplicative fundat ipsam malitiam & deformitatem, sub qua ratione non est à Deo, sed à voluntate creatuæ, ut regulis morum subjecta. Vel si loquantur de materiali peccati materialiter sumpto, seu de entitate & substantia actus mali, in esse physico & naturali considerata, solum intendunt, talem entitatem non esse à Deo ut provisore particulari, sicut dicebant quidam heretici, qui volebant Deum aliquos homines speciali providentiâ ad actus malos prædestinare, ut in illorum punitione suam justitiam vindicativam manifestaret. Non negant tamen Concilia, & Sancti Patres, materia le peccati materialiter sumptum, seu entitatem & substantiam actuum malorum, à Deo, ut prima causa, & universalis provisore procedere. Imò sententia quæ hoc negat, à D. Thomæ suprà relatâ, errori propinquissima appellatur. Et in 2. sent. ad Annibald. quæst. unicâ art. 1. in corp. *Hereticum (inquit) est dicere, aliquid ens, in quantum ens, non esse à Deo; nec solum fidei contrarium, sed etiam rationi. Unde circa hoc observanda est regula, quam tradit idem S. Doctor in 2. dist. 37. quæst. 2. art. 2. Quodcumque nomen deformitatem simul cum actu significat, sive in generali, sive in speciali, non potest dici quod à Deo sit simpliciter: unde non potest dici absoluti, quod peccatum sit à Deo, ut homicidium, aut alii quid hujusmodi, nisi cum hac additione, in quantum est actus, & in quantum est ens.*

§. X I.

Aliud argumentum diluitur.

- Objiciunt tertio quidam Recentiores hoc ar-
224.
 ogant, quod insolubile appellant. Deus
 absolute & efficaci decreto, inconsultâ hominis
 voluntate, vult quod ille liberè, & cum adver-
 tientia rationis, in particulari, & cum omnibus suis

XXXij